

Quam sit
mediocri
distantia
planetarum
à
cetro terre.

Et quidem non est maior ratio, cur semidiamet-
ter terræ 3436 milliaria semidiametri verò conuexi
aëris, 3489: conuexi ætheris, 178672 milliaria con-
tineant, quàm vt plura, vel pauciora, nisi quia Deus
magnitudinis terminos illis præscripserit. Ille ille
est, quicquid Athei garriant, qui lunæ mediocri à
centro terræ distantiam, 56 semidiametrorum ter-
ræ constituit, Solem verò, Mercurium & Venerem
1142; Martem 1745; Iouem 3990; & Saturnum
10550 semidiametris terrenis ab ipsa terra seungi
voluit, quandiu in mediocri distantia versarentur.

Collatio
diametri
solis cum
diametris
terræ &
planetarum.

Quæ profectò tam stupenda sunt, vt neminem
mentis compotem esse credam, quin non fateatur
Deum necessariò concedendum esse, quilla omnia
summa sapientia ordinauerit: atque Solem
tantæ magnitudinis fecerit, vt eius diameter sit ad
terræ diametrum, vt 26 ad 5; ad C diametrum, vt 26
ad 1; ad diametrum ☿, vt 26 ad 1; ad veneris dia-
metrum, vt 26 ad 2; ad diametrum ♃, vt 26 ad 2
ad 1; ad ♄ diametrum, vt 26 ad 5; ad Saturni dia-
metrum, vt 26 ad 14; Denique ad stellarum primæ
magnitudinis diametrum, vt 26 ad 21. Alioquin si
solillum 26 partium diametrum sibi ipsi tribuisset,
cur non longè maiorem assumpserit? Non solùm
autem planetarum distantia, sed ipsa eorundem
vmbre Deum esse probant, si determinatas vmbas
illis concedamus, quippe quæ ab aliquo finiri, at-
que limitari debuerunt. Hinc fit, vt vmbra terræ
semidiametris suis 264 constet, ac proinde lunam
nobis eclipset, quæ 68 semidiametris ad summum
distat à nobis; aliquando verò 52 tantum: capro-
pter licet vmbra suæ mucronem terra ita longè
proiciat, nullum alium planetarum attingere po-

Quam ma-
gnæ sint
vmbra ter-
ræ & plan-
etarum.

test, quia Venus reliquorum citissima saltè 287 se-
midiametris distat. Vmbra vero ☿ maxima 43 se-
midiametris constat; cuius apex distat à sole semi-
diametris terræ 614: quapropter minimè pertingit
ad Venerem 855 semid. à sole seuietam. Quid opus
est Veneris vmbra commemorare, nisi vt magis,
atque magis Atheorum impietatem retundamus,
& ab eorum mente caliginosa tenebras dispella-
mus. Quibus propterea Veneris vmbra offero
102 semid. constantem, cuius acumen distet à sole
957 sem. vnde lunam assequi non valet, cum à sole
1034 sem. distat sit. Martis autem vmbra 147 se-
midiametris terræ longa est, cuius vertex à sole
1775 sem. remouetur; capropter tantum abest, vt
Iouem attingat, hic enim à sole 2652 semid. distat
est.

Qualem obsecro Iouis vmbra esse putas? nun-
quid 869 semid. vt eius vertex à sole per 4521 se-
mid. fugiat? quæ Saturnum, vt à sole 10,888 distan-
tem, attingere nequit. Quam verò mirabilis est
vmbra Saturni cum suis semid. 12532, & vertice à
sole per semid. 23124 disuncto; qui ea de causa stel-
las eclipare poterit, si tantum seunctæ fuerint à
terra per 14,000 terræ semidiametros. Superest stel-
larum primæ magnitudinis vmbra maxima, cui
terræ semidiametros 65000 ad minimum tri-
buunt.

Quæ singula maximè velim, ab Atheis accuratè
spectari, fallor enim, nisi tantarum rerum, & ordi-
nis adeo pulchri contemplatione, nec non admira-
tione capti, necessariò Deum admittendum esse fa-
teantur. Iam verò post artefacta creaturas omnes
ad auxilium aduocemus, & omnia entia aduersus
Atheos dirigamus.

RATIO XXVII.

Deum esse probatur ex omnium entium collectione.

S Vmas obsecro, Athee, omnia entia, quæ nunc
factu sunt, eorumque collectionem; quærò an
talis entium collectio sit à se, vel ab alio, sanè nõ om-
nis est ab alio, ergo aliquod ex istis entibus à se esse
debet. Minor probatur, aliqui enim daretur ens
aliquod extra collectionem, à quo esset talis colle-
ctio, quod est contra hypothesim includentem in
tali collectione omnia, quæ sunt. Quod verò talis
entium collectio à se esse nequeat, aut prædicatum
à se ei conuenire non possit, ita probamus. Si illa
esset à se, vel prædicatum à se ei competeret, esset
vel ratione entium contentorum, vel ratione col-
lectionis talium entium, vel vtriusque: si primum
habemus saltem aliquod ex illis entibus à se esse,
quod intendebamus. Secundum dici non potest,
siquidem omne prædicatum conueniens alicui to-
tatione collectionis, est vel aliquis numerus, aut
multitudo, vel aliqua proprietas multitudinis, &
numeri, cum enim collectio formaliter sumpta sit
ratio formalis multitudinis, vel numeri, si fit colle-
ctio vnitatum ordinarum, nihil potest conuenire
collectioni, nisi quod est vel multitudo, vel prop-
rietas eius, sed esse à se est prædicatum, quod nec
est multitudo, vel proprietas eius, tum quia esse à se,
sicut esse ab alio conuenit vnitati, nec magis vni mul-
titudini, quàm alteri; igitur esse à se non conuenit

Ratio hæc
subtilis est
& generali-
ter propo-
nitur.

toti ratione collectionis, sicut ista prædicata esse
ternarium, quaternarium, &c. parem, imparem &
similia conueniunt ipsi collectioni, non autem
partibus ternarij, quaternarij, &c. Si verò ter-
tium concedis, primò habemus entium, quia da-
bitur ens aliquod à se, quia prædicatum à se conue-
nit collectioni ratione entium in ea existentium.
Secundò cum non possit conuenire ratione col-
lectionis, dici nequit quod conueniat prædicatum
à se ratione vtriusque. Iam verò cum esse ens à se sit
esse Deum, sicut clarissimè probatum est dari ens à
se, ita notissimum debet esse dari Deum.

Vbi aduerte rationem hanc, quam entibus cu-
iuscunque generis simul sumptis applicauimus, ex
æquo efficaciter entibus vniuersi cuiusque speciei ap-
plicari posse, vt patet in hominum generationibus,
quas omnes ab aliis hominibus esse implicat; nam
si sumamus omnes homines, qui acti fuerunt, quærò
an tota illa hominum collectio sit à se genita, an
ab alio, si secudum, vel istud aliud est homo. & hoc
est contra hypothesim, vel est quid distinctum ab
homine, & aliud esse nequit præter Deum, cum ni-
hil possit hominem producere, nisi vel alius homo,
vt fit connaturaliter, vel Deus, vt in prima Adami
creatione factum est. Primum autem dici nequit,
nisi admittatur aliquis homo à se genitus mediare;

Eadem ra-
tio ad par-
ticularem
descendit.